Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36569
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

ꝟ Q uia ipse est fons & origo unde omnia procedunt. cui
sapientia filii appellatur. ℣. Quare filius. ꝟ. Quia ut
splendor a sole. ita a patre filius generatur: ambo autem
amor spiritus sancti nuncupatur. ℣. Quare spiritus sanctus. ꝟ. Quia
ab utroque aequaliter procedens quasi a beatis spiratur. Illa itaque
uis diuinitatis quae omnia parat creando pater uocatur.
Ista autem quae omnia continet. ne in nichilum dissoluantur.
filius appellatur. Quae uero omnia inspirando uiuificat
& ornat. spiritus sanctus appellatur. ℣. Cum omnis potentia. sum
ma clementia de patre predicatur. quare non mater uocatur.
ꝟ. Quia generatio principaliter a patre procedit. ℣. Cum
uero uertitas uel sapientia de filio dicatur: cur non filia
appellatur. ꝟ. Ideo quia filii similior est quam filia pa
tri. ℣ Cur spiritus sanctus dicitur ambo. ꝟ. Quia similis &
aequaliter ab utroque procedens. et uinculum uel diuinitatis.
℣. Vbi habitat ds. ꝟ. Quia uis ubique potencialiter. tamen
in intellectuali celo substancialiter. ℣. Quid est hoc.
ꝟ. Tres celi dicuntur esse: unum corporale: quod a nobis ui
detur: aliud spiritale: quod angeli credunt inhabitare:
Tertium intellectuale: trinitas sancta a beatis facie ad facie
uidebitur. ℣. Quomodo dr in omni loco totus esse: &
simul & semper in nullo loco esse. ꝟ. Ideo in omni loco
tot dr: quia in nullo impotentior est quam in alio. Vt enim
in celo sic potens est in inferno. simul et dr: qa in eodem
momento quo in oriente: eode cuncta disponit in occiden
te. Semper autem in omni loco esse predicatur. quia in omni lo
co tempora moderatur. In nullo loco esse dr: qa locus cor
poreus est. ds autem incorporeus. & ideo illocalis. idcirco
in nullo loco continet cui ipse continetur. omnia loca in
quibus uiuimus. mouemur: & sumus. ℣. Sed ds omnia.
ꝟ Intuitu ut oia preterita presencia & futura quasi